

gatione, ut premititur, confirmatum, necnon desuper emanatum Decretum a Congregatione Cardinalium, Decretum iudem preinsertum auctoritate Apostolica tenore presentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in premissis auctoritate Congregationis dictorum Cardinalium.

Causula.

§.3. Decernentes easdem presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit, plenissime fuitragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in premissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Ordinis, Congregationis Italiae, & Provinciae praedictorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores, presentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatae, die XXX. Junii MDCXCII. Pontificatus nostri Primo.

XXX.

Dat. 11. Aug. 1692. An. 1.

Decretum particularis Congregationis, quo abolerentur omnes Judices particulares, & Tribunalia Urbis revocantur ad jus commune.

Inn. XI. Const. ed. 1689, Junii 28, P. 13. extat reformatio Tribunalium. Et hujus Pontificis Constitut. ed. 1692, Septem. 17, P. 2. revocatio Tribunalium particularium.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Causula de Decretis.

Decretum quo revocantur omnia Privilegia eligendi Judices Particulares.

AD radicem submovendum quotidianos Jurisdictionum conflictus, & intolerabiles abusus, qui in Romana Curia ex multitudine Judicum particularium exercitium ex privilegio privatim, seu cumulativam Jurisdictionem nimis irrepperunt, Congregatio particularis a Sanctissimo Domino nostro Innocentio Divina Providentia Papa XII. specialiter (ut infra) deputata censuit, nullum aliud magis proprium, justius, & aptius remedium dari posse huic gravissimo malo per quod Jurisdictio Judicum, & Tribunalium Ordinariorum ad nihilum fere redacta reperitur, quam mediante nova Congregatione per sanctitatem suam promulganda penitus tollere, & abrogare omnem praedictas Jurisdictiones particulares vigore privilegiorum ha-

tenus erectas, & constitutas; & proinde ad viam juris reducere omnia, & singula Indulta, facultates, & privilegia eligendi, seu deputandi tam in prima, quam in ulterioribus instantiis omnes praedictos Judices particulares quocumque nomine nuncupatos concessa per praedecessores Romanos Pontifices Congregationibus etiam S. R. E. Cardinalium, Ecclesiis, & Basilicis etiam Patriarchalibus, Universitatibus, Monasteriis, Collegiis, etiam sub cura, & administratione Patrum Societatis Jesu existent. Hospitalibus, Archihospitalibus, etiam Sancti Spiritus in Saxia, Confraternitatibus, Conservatoriis, Domibus piis, etiam Almae domus Lauretanae, Capellis, Altaribus, Montibus etiam Pietatis, ceterisque aliis Locis piis, quocumque pariter nomine nuncupatis, seu Cardinalibus, eorum Protectoribus, Archiepiscopis, Abbatibus, Vicariis, aliisque Administratoribus quibuscumque in quibusvis Causis Civilibus, Criminalibus, aut mixtis dictarum Ecclesiarum, Locorum Priorum, aliorumque, ut supra, necnon eorum Officialium, Dignitatum, Canonicorum, Beneficiorum, Affictuariorum, Emphyteutarum, Colonorum, aliorum, que quomodolibet inservientium eisdem Locis piis, illorumque bonis, & Tenentis, etiam Privilegia praedicta appareant, seu fuerint concessa motu proprio, consistorialiter, seu in limine foundationis, sive ex causa onerosa, vel pro bono publico spirituali, aut temporali, & quantumvis extiterint semel, ac pluries per Sedem Apostolicam confirmata, & innovata, cum quibusvis facultatibus, & auctoritatibus eligendi Notarios sibi beneficos, ac providendi Summarie, de plano, sola facti veritate inspecta, sine strepitu, & figura Judicii, manu Regia, ac quocumque appellatione, reclamatione, recursum, revisione, supplicatione, seu restitutione, in integrum remotis, seu cum aliis similibus, aut majoribus facultatibus, ac quibuslibet efficacissimis clausulis munita noscantur, etiam si istae continerent derogatorias ad futura, seu derogatorias derogatoriarum, seu mandarent revocari non posse, nisi auditis etiam pluries habentibus interesse, itaut Constitutionis per Sanctitatem suam promulgandae effectus sit, quod in omnibus, & per omnia praedicta privilegia, facultates, & Indulta quocumque titulo, causa, vel ratione, aut verborum amplitudine edita, seu concessa habeantur, ac si non emanassent, aut nunquam fuissent confirmata, vel innovata.

§.1. Mens autem, ac sensus Congregationis fuit, & est sub presenti ordinatione non comprehendere causas, jam instructas, seu alias legitime, contestatas coram Judicibus particularibus, quive propterea ea non obstantem poterunt ad illarum expeditionem prout Juris fuerit procedere. Verum si causis hujusmodi expeditis appellari, reclamari, supplicari, recurri, aut in integrum peti restitutio contingat, appellationes hujusmodi, reclamationes, supplicationes, restitutiones in integrum devolvantur ad Signaturam Justitiae, prout practicatur in ceteris Causis expeditis a Judicibus Ordinariis, nec amplius redire possint ad Tribunalia antiquorum privilegiorum, sive ad Protectores, Archiepiscopos, aliosque, ut supra, prout nec etiam in casu Recursuum, & appellationum in posterum inter-

Quid agendum de jam incensis causis.

XXXI.

Prescribuntur facultates, quae competunt Majori Poenitentiario, & quomodo ab eo exerceri debeant.

Dat. 3. Sept. 1692. An. 2.

Excipiuntur nonnulli Judices Particulares.

interponendarum a sententiis, & Decreti Judicum per eosdem privilegiatos extra Curiam deputatorum, seu deputandorum, hujusmodi recursum, & appellationes amplius ad supranominatos, sed ad Judices Ordinarios, & competentes Romanae Curiae devolvi debeatur.

§.2. Declarandum tamen, quod per presentem ordinationem non censetur ullo modo adempta Cardinalibus, Archiepiscopis, Protectoribus, seu Titularibus, eorumque Vicariis, aliisque deputatis facultas, seu Jurisdictio in his quae concernunt servitium Ecclesiae, seu Loci Pii circa disciplinam Ecclesiasticam, & morum correctionem dumtaxat, prout quod neque sub eadem ordinatione comprehensa sint Tribunalia Camerae Apostolicae, Legatus Avenionensis, ac Judex Fabricae S. Petri, neque Congregationes descriptae in folio liberulo, seu Elencho Congregationum, ac Tribunalium Urbis. Quo vero ad interesse Notariorum, necnon ad artes, & Consulatuum Urbis, censuit eadem Congregatio, esse in posterum particulariter providendum.

Approbatio Pontificis.

§.3. Facta sub eadem die 3. Augusti 1692. per me infra scriptum relatione praemissa resolutionis Sanctissimo D. Nostro, Sanctitas Sua praecipit, illam publicari, & interim omnino observari, donec desuper edatur Bulla, ac si eadem jam emanasset.

Ansaldo de Ansaldo SS. Domini Nostri Auditor.

Sequuntur nomina Praelatorum, aliorumque qui praedictae Congregationis particularis a Sanctissimo specialiter deputati intervenerunt.

Reverendissimus P. D. Prosper Bottinus Archiepiscopus Mirensis, Fisci, & Camerae Apostolicae Advocatus, & Promotor Fidei.

Reverendissimus Jacobus Emerix Sac. Rotae Advocatus.

Reverendissimus P. D. Matthaeus Ysore de Heruault Sacrae Rotae Auditor.

R. P. D. Federicus Caccia Sacrae Rotae Auditor.

R. P. D. Joseph Molines Sacrae Rotae Auditor.

R. P. D. Joannes Dominicus Thomatus A. C. Locumtenens.

R. P. D. Curtius Origus Signaturae Justitiae Auditor.

R. P. D. Joseph Sacripantes Sanctissimi D. N. Subdatarius.

R. P. D. Ferdinandus Nuptius Rev. Camerae Apostolicae Commissarius Generalis.

R. P. D. Ansaldo de Ansaldo Auditor Sanctissimi.

Dominus Fattinellus de Fattinellis Primus Collateralis Curiae Capitoli.

Dominus Joannes Dominicus Raynaldus Locumtenens Criminalis Eminentissimi Cardinalis Vicarii.

Pro Domino successore Domini Nicolai Florelli olim A. C., & Sacri Palatii Apostolici Notarii.

Angelus Montani pro Rev. Camerae Deputatus.

Non eadem semper fuit facultas Majoris Poenitentiarum, uti constat ex Constitutionibus infra laudatis, videl. Pii IV Const. ed. 1562, Maji 3, P. 3, Pii V Const. ed. 1569, Apr. 28, P. 4, & Const. ed. 1569, Jun. 17, P. 4. Gregorii XIV Const. ed. 1591, Apr. 10. Urbani VIII Const. ed. 1634, Septem. 17, P. 12. Et aliorum Pontificum. Hujus Pontificis Const. ed. 1692, 7. Idus Maji, P. 1. reformatam fuit judicium facultas circa reditum homicidarum. Et Const. ed. 1692, Novemb. 18. P. 2. revocata fuit facultas Tribunalium particularium.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANUS Pontifex omnium Christianissimum Pater, & Pastor, ejus, qui ut peccatores pretiosi sui Sanguinis profusione Redemptos salvos faceret, semetipsum exinanivit, vicesgerens in Terris ad ea, per quae sibi caelitus commissi gregis salutis uberius consulit praecipuis debet, & indefessis studiis incumbere, sibi que in Petro Apostolorum Principe attributam potestatem, qua infallibili Christi Domini Testimonio, quidquid solverit super terram, erit solutum & in Coelis, per se, & respective per alios provida dispensatione exercere. Hujus considerationis intuitu Romani Pontifices Praedecessores Nostri Poenitentiarum Apostolicae Officio, & Majori Poenitentiario quamplures, & amplas facultates concesserunt, illisque aliquando, in iis praesertim, quae forum internum non concernebant, reformatarunt, & quandoque ampliarunt, & immutarunt, prout, rerum, & temporum circumstantiis opportunitatibus, & vicissitudinibus attente pensatis, censuerunt in Domino salubriter expedire.

§.1. Alias siquidem post antiquiores Officii hujusmodi status felic. record. Pius PP. IV. Praedecessor Noster Officiorum, & Tribunalium Romanae Curiae Reformationi Pastoralis sollicitudine intentus, ad ejusdem Poenitentiarum Officium, in quo morum censura, & animarum, salus praecipue vertitur, considerationis suae oculos direxit, habitaque desuper cum tunc existentibus S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, ipsoque Majore Poenitentiario, ac ejus Officialibus auditis, ac omnibus mature consideratis, de eorumdem Cardinalium consilio, quod de cetero perpetuis futuris temporibus pro tempore existens Major Poenitentiarius, Regens, Correctores, Superiores, & Procuratores, ac alii quicumque ejus Officiales, & Ministri ab eorum omnium, quae in tunc confectis capitulis, & prohibitionibus continebantur, & forum internum, seu poenitentialem plerumque non respiciebant, concessione, & commissione penitus cessare, & abstinere deberent, per quasdam suas anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, quinto Nonas Maji Pontificatus sui anno Tertio expeditas

L 1



quibus Inquisitionis Sancti Officii auctoritas vi- get: omni alia facultate ab heresi, vel apostasia hujusmodi absolvendi in ceteris, praterquam in casibus, in quibus S. Inquisitionis Officium ad Majorem Pœnitentiarium absolvendos remitte- ret, interdicta.

De recipientibus munera a Regularibus.

§.17. Munera a Regularibus contra recolen- mem. Clementis Papæ VIII. pariter Prædecessoris Nostri anno Incarnationis præfate 1594. Tertio decimo Kalen. Julii editam Constitutionem ultra valorem decem scutorum monetæ, recipientes, exceptis rerum medicinalium, seu devotionis muneribus, ante factam restitutionem non absolvat, nec mandet absolvi; Infra vero prædictum valorem, non nisi facta arbitrio ipsius Majoris Pœnitentiarii; seu per eum eligendi Confessarii elemosyna, quæ in benefici- um Religionis, seu Conventus, cui de jure faciendæ esset restitutio, si caute fieri potest, erogetur, absolvat, seu mandet absolvi.

De infringen- bus Clausurâ Monialium.

§.18. Moniales, & quascumque Personas, quæ in casibus publicis clausura earumdem Monialium ad malum finem violaverint, & respec- tive ausa fuerint violare, non absolvat, nec mandet absolvi, nisi in casibus, in quibus ipsi Episcopi, seu Ordinarii pro ipsis delinquentibus supplicaverint, & casus ad Congregationem S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium propoitam deducti non fuerint.

De Confessariis Monialium.

§.19. Confessarios Monialibus nullatenus concedat, & Capuccinos in illis regionibus, in quibus iidem Confessionibus audiendis ope- ram dare non solent, in Confessarios non de- putet.

De irregula- ribus ob quodcumque delictum.

§.20. Ad hæc super quacumque irregulari- tate, & inhabilitate ex quocumque delicto, etiam homicidio voluntario, & ex quocumque defectu provenientes in casibus tamen occultis, & in Foro conscientie tantum, prævia in gra- vioribus casibus matura discussione faciendæ in Pœnitentiariæ Signatura, dispensare, vel dispen- sari mandare possit tam cum Ecclesiasticis Sæ- cularibus, quam cum Laicis respective, cum quibus expediens videbitur, ut Ordinibus ini- tiari, & susceptis etiam Sacris, & Presbyteratus Ordinibus ministrare, & ad Superiores conscen- dere, ac dignitates etiam Cathedrales, & Me- tropolitanas, ac quacumque Beneficia Eccle- siastica quandocumque ante dispensationem, alioquin canonice obtentas, vel obtenta, re- tinere, necnon hujusmodi Beneficia, & digni- tates (exceptis, quando agitur de homicidio voluntario, vel alio gravissimo excessu), Eccle- siis Cathedralibus, & Metropolitanis, etiam post delictum assequi valeat.

De irregula- ribus ob heresim, vel Apostasiam.

§.21. Cum Hæreticis, & Apostatis a Fide Catholica, quando heresis, & apostasia hujus- modi nullatenus est propalata, & casus gravi- tas non suadet, Pœnitentes ad S. Inquisitionem, remittendos esse super quacumque irregulari- tate, inhabilitate, & infamia exinde contracta, tam ad Ordines, sive susceptos, sive suscipien- dos, quam ad Beneficia accrescere, & dispen- sari mandare possit, & valeat.

De ordinatis per saltum.

§.22. Cum male promotis occultis, non obstante ejusdem memor. Sixti Papæ V. etiam Prædecessoris Nostri anno Incarnationis prædi- ctæ millesimo quingentesimo octogesimo nono Nonis Januarii edita Constitutione, & signan-

ter cum promotis per saltum etiam prætextu licentiarum de promovendo extra tempora, vel non servatis interstitiis, vel sine literis Di- missorialibus proprii Ordinarii, non dispenset, nisi in Foro conscientie, quando periculum, adesse gravium scandalorum; tunc enim possit in forma Pœnitentiariæ consueta dispensare, ut scilicet omisso Ordine secrete recipiant a quolibet Catholico Antifite gratiam, & com- munionem cum Sede Apostolica habente, & tunc, & extra tempora, & non servatis inter- stitiis, & absque præfatis Dimissoriis.

De simoniaco ordinatis.

§.23. Cum promotis ad Sacros Ordines, qui Simoniam cum Episcopis promoventibus com- miserint dispensare, & dispensari mandare pos- sit in occultis dumtaxat, & in Foro conscientie tantum, cum clausula monitis monendis, & injuncta gravi pœnitentiæ, ac re præsertim dis- cussa in Signatura.

De dispensa- tionibus, seu convalidatio- nibus titulo- rum.

§.24. A dispensationibus, seu convalidatio- nibus titulorum, etiam in Foro conscientie tantum, etiam in occultis casibus abtineat, cum agitur de Simonia reali scienter contracta, & de Beneficiis, super quibus contracta est ipsa Simonia; At si illa contracta fuisset ignoranter, etiam ignorantia Juris inculpa, possit Major Pœnitentiarium in occultis, & in Foro conscientie tantum dispensare, & beneficiorum post Simoniam obtentorum titulos convalidare, modo Orator de eadem Simonia certior factus quam- primum commode poterit, petierit dispensa- tionem omni alia facultate in ceteris Simonia- casibus, & præsertim publicis, interdicta.

De composi- tione, & con- donatione fru- ctuum.

§.25. Titulos beneficiorum in concursu ob- tentorum in Foro conscientie tantum in oc- cultis convalidare possit, quando tamen inha- bilitas provenit ex aliqua censura, vel quia illa irretitus impetrans administravit.

§.26. A convalidatione titulorum, & con- donatione fructuum abtineat quoad illos, qui de Ecclesiis Cathedralibus provisi, infra præ- finitum tempus munus consecrationis non sus- ceperint.

§.27. A compositione pariter, & condona- tione fructuum Beneficialium, & Ecclesiarum Episcopaliū, ac etiam distributionum qua- rumcumque quovis modo male perceptorum in casibus non occultis abtineat; In occultis vero possit cum Gallis, Belgis, Germanis, Po- lonis, & ulterioribus componere, vel etiam condonare, injuncta eisdem pœnitentibus cro- gatione elemosynæ ipsius Majoris Pœnitentia- rii, vel Confessarii ab ipso deputandi arbitrio limitandæ. Cum reliquis autem, videlicet Italis, Hispanis, Lusitanis, & adjacentium Insularum personis discrete compositionem concedere, & ea mediante fructus condonare, pecuniis exin- de exactis receptori emolumentorum Datarie Nostre integraliter consignatis: Pauperibus ta- men, quorum inopia compositionem non ad- mittit, possit condonare, injuncta elemosyna modo supradicto, quæ nihilominus sine præ- judicio illorum, quibus distributiones accresce- re, vel non decrescere debent, sint, & censan- tur ordinata.

De irregula- ritate Regu- larium.

§.28. Cum Regularibus autem super irre- gularitate quorumcumque Criminiū quando- cumque perpetratorum, vel incurfus in censu- ras occasione, vel quia iidem sic ligati suos Or- dines, non tamen in contemptum clavium, ex-

exerc-

exercuerunt, aut illis se immiscuerint, seu aliter quomodolibet contracta, ut eadem irregulari- tate, & quibuscumque aliis defectibus non ob- stantibus, susceptis Ordinibus, & eorum Privi- legiis uti, ac in illis etiam in Altaris ministerio ministrare, & Ordines non susceptos suscipere, & in iisdem similiter etiam in Altaris ministe- rio ministrare; necnon quacumque, quocum- que, & quacumque suorum Ordinum, & Congregationum alioquin canonice obtenta, Officia, Beneficia Regularia, munia, præmi- nentias, Dignitates, & Prælaturas, etiam majores, & principales, retinere, & exercere, nec- non eadem, seu easdem (non tamen Genera- latum) ad quæ, seu quas in futurum canonice, & juxta eorundem Ordinum, & Congregatio- num Regularia Institutum, eligentur, vel aliter assumentur, recipere, assequi, gerere, & libere exercere etiam licite valeant, dispensare, eos- que in pristinum, & ad eum, in quo ante præ- missa quomodolibet erant, statum, & ad vo- cem activam, & passivam restituere, reponere, & plenarie reintegrare, & pœnas illis gratose remittere, & condonare, necnon pro majori absolutionum, & dispensationum præfatarum, firmitate quibusvis Constitutionibus, Ordina- tionibus, Statutis, & Privilegiis quomodolibet obstantibus sufficienter derogare, Major Pœ- nitentiarium præfatus possit, & valeat.

§.29. Volumus tamen, ut in hujusmodi casibus occultis in Foro conscientie tantum; in publicis vero casibus in utroque Foro, au- ditis tamen, & supplicantiū Superioribus, bonumque testimonium de ipsis Regularibus fe- rentibus, gravata in iis eorundem Superiorum conscientia, & matura circumspectione semper adhibita, cum iisdem Regularibus, ut præfer- tur, dispensare, & dispensari mandare va- leat.

De homicidis, Bannitis, aliisque.

§.30. Cum homicidis, Bannitis, aliisque delinquentibus, qui memorati Sixti Prædecessoris an. Incarnationis præfate millesimo quin- gentesimo octogesimo septimo Sexto Kalendas Decembris expeditis literis Religionem ingredi, & in ea professionem emittere inhabilitantur, si expedire videbitur, habitare, & habitari mandare, & cum iis, qui homicidia voluntaria commiserint, ut etiam uti Clerici aliquam ex approbatis Religionibus ingredi, ibique profi- teri, in utroque Foro, quando sic expedire vi- debitur dispensare, & dispensari mandare va- leat, ea tamen lege, ut sic habitandi, seu dis- pensandi Fiscum, & Partem prius concordaverint, & professionem emittant, nec ante- professionem hujusmodi in susceptis ordinibus ministrare, nec ad Superiores Ordines ascende- re possint.

De Apostatis, Religiosis, & mansuetibus ad aliam Religionem.

§.31. Quoad Apostatas, & transitum Regu- larium de una ad aliam Religionem, citra ali- quam innovationem interim faciendam, an, & quales facultates Majori Pœnitentiarium rema- nere, reformari, seu concedi conveniat, de nonnullorum S. R. E. Cardinalium desuper a No- bis deputatæ Congregationis consilio suis loco, & tempore decernemus.

De Matrimo- niis contra- hendis.

§.32. In Matrimoniis contrahendis possit idem Major Pœnitentiarium in Foro conscientie tantum super impedimentis occultis, quæ Ma- trimonium non dirimunt, dispensare, vel dis- pensari mandare. At a dispensationibus super

quocumque impedimento ex quovis gradu, sive consanguinitatis, sive affinitatis ex copula licita, sive ex cognatione spiritali proveniente, etiam in Foro conscientie tantum, tamen impedimentum sit occultum, & periculum, scandalorum imminet, in iisdem matrimoniis contrahendis abtineat.

De Matrimo- niis contractis.

§.33. In contractis vero Matrimoniis a dis- pensatione, seu Matrimoniis revalidatione in gradibus primo, & secundo, seu secundo tan- tum consanguinitatis, vel affinitatis ex copula licita, etiam in occultis pariter abtineat, præ- terquam si in hujusmodi secundo tantum gradu impedimentum saltem per decennium dura- verit occultum, & Oratores simul publice con- traxerint, & conjunxerint, & uti Conjuges legi- timi reputati fuerint. In tertio autem, & quarto gradibus occultis possit dispensare, ac & in iisdem tertio, & quarto gradibus publicis revalidare Matrimonia nulliter contracta ex causa subreptionis, vel obreptionis occulte li- terarum Apostolicarum, præterquam si falsitas consistat in narratione præcedentis copule, quæ tamen antea non intercesserat.

De Dispensa- tionibus, & compositioni- bus Datarie pro Matrimo- niis.

§.34. Quodsi Oratores, qui obtinuerint a Nostre Datarie dispensationem super gradu prohibito tam in primo, & secundo, quam in secundo tantum, ac etiam in tertio, vel quarto tacita copula inter eos sequuta, quam sine hono- ris detrimento detegere non valent, & ratio- ne hujusmodi taciturnitatis petant dispensatio- nem pro Matrimonio contrahendo, seu revali- dationem Matrimoni contracti, possit idem Major Pœnitentiarium, si copula sit adhuc se- creta, in Foro conscientie tantum concedere, facta quando agitur de primo, & secundo, vel secundo tantum gradu compositione quinquaginta ducatorum auri de Camera ad Datariam transmittendorum, ad effectum, ut in concussis moris est, erogandi elemosynas, nisi prior gratia expedita fuisset in forma pauperum, quo casu etiam hæc gratia absque ulla composi- tione similiter expediatur.

§.35. Si vero Oratores, qui obtenta dispen- satione a Dataria super impedimento primi, & secundi, sive secundi dumtaxat gradus consan- guinitatis, seu affinitatis, cum expressione qui- dem carnalis copule, sed tacita, occulta, & malitiosa intentione in ipsa copula habita ad facilius habendam dispensationem, pro revali- datione hujusmodi dispensationis recurrant ad dictam Pœnitentiariam, possit idem Major Pœ- nitentiarium desuper dispensare cum miserabili- bus personis explicate affirmantibus se uti tales & sub illa expressa qualitate, & forma misera- bilium dispensationes a Dataria obtinuisse; Cum iis vero, qui non tanquam pauperes, sed uti ex honestis familiis, sive uti nobiles, sive uti illustres, fuerint similiter ab eadem Dataria dis- pensati, idem Major Pœnitentiarium non dis- penset, nisi soluta prius in Dataria, ad effe- ctum pariter erogandi in elemosynas, taxæ cum Datario pro tempore existente concordanda. Quod si supplicantes sint pauperes, itaut vere, & realiter integram summam taxatam, vel aliquam ejus partem solvere nequeant, præ- fatus Major Pœnitentiarium insimul cum eodem Datario opportune provideat.

De impedi- mento affini- tatis ex copu- la illicita.

§.36. Super impedimento occulto affinitatis ex copula illicita, seu ex actu fornicario pro- venien-



ditas Literas auctoritate Apostolica statuit, & ordinavit.

§.2. Successive recol. me. Pius PP. V. etiam Praeceptor Noster tempus, & necessitatem, siue Instructi rationem postulare perpendens, ut in multis Romanae Curiae rebus novam deinceps formam proponeret, ejusmodi vero curam ipsum impensius sollicitare, ut ad ea in primis incumberet, quae salutem, & periculum respiciebant animarum, ac praefato Poenitentiarie officio initium capere, novamve illi pro futuris facultatem statuere volens, de Apostolica potestate plenitudine omnem, & quamcumque ejusdem Officii, & Poenitentiarum Majoris auctoritatem, jurisdictionem, & potestatem ordinariam, & delegatam, ac omnia, & quaecumque privilegia, facultates, & indulta illis, caeterisque omnibus dictae Poenitentiarie tunc existentibus Collegiis, & Personis ab ipsius Officii institutione per quoscumque Romanos Pontifices Praedecessores suos, ac seipsum, & Sedem Apostolicam, etiam Motu proprio, & ipsius certa scientia, deque praedictae potestatis plenitudine tam in genere, quam in specie, ac de mandato speciali, & expresso etiam viva vocis oraculo emisso, & ex quibuscumque causis concessa, confirmata, ac etiam pridem a memorato Pio IV. Praedecessore reformata, restricta, & moderata, quibuscumque concepta formulis, ac etiam restrictivis, derogatoriis, derogatoriis, aliisque fortioribus, & efficacioribus, ac etiam vim contractus inducentibus clausulis, necnon irritantibus, & aliis Decretis sustulit, quorum omnium tenores haberi voluit pro expressis, quaecumque essent (potestate Minorum Poenitentiariorum suorum, & ordinationibus de illis, eorumque statu tunc pridem editis Literis falsis, & integris remanentibus) revocavit, suppressit, & abolevit, & alias prout in ejusdem Pii V. Praedecessoris quarto Kalen. Maji Anno praefate Incarnationis millesimo quingentesimo sexagesimo nono, & Pontificatus sui quarto desuper expeditis Literis uberius continetur.

Ab eodem Pio V. instituta fuit nova forma Officii Poenitentiarie.

§.3. Utque memoratus Pius V. Praedecessor habita de Ministrorum qualitate, numero, functionibus, & Officiis ratione explicata novam futuris formam de integro praescribere valeret, qua ipsum Poenitentiarie Officium certis quibusdam facultatibus, quae aliis Officiis magis conveniebant, exoneratum, atque expeditum, deinde ea, quae Animarum salutem praecipue concernebant, attentiore studio prosequeretur, quinto decimo Kalen. Julii ejusdem anni millesimi quingentesimi sexagesimi noni duas edidit Constitutiones, in quarum prima quae incipit: In omnibus rebus, Ministrorum qualitatem, numerum, functiones, & Officia in posterum ordinavit: In alia vero, quae incipit: Ut bonus Pater familias, Poenitentiarie hujusmodi Officium nonnullis ibidem relatis facultatibus dumtaxat, quas poenitentialis muneris maxime proprias, ac egentium Christianissimum remedio accommodatas censuit, communicavit.

A d. Pio, & Gregor. XIV. multoties ampliora fuit Poenitentiarie auctoritas.

§.4. Deinde nihilominus idem Pius V. Praedecessor, ejusque Successores Romani Pontifices quampluribus viva vocis oraculis, & pia mem. Gregorius Papa XIV. pariter Praedecessor Noster etiam suis in forma Brevis die decima Aprilis anni millesimi quingentesimi nonagesimi

primi expeditis Literis, reformatas, ut praefertur, memorati Officii facultates multoties ampliarunt, & extenderunt.

§.5. Verum hujusmodi facultatibus valde, ut praefertur, multiplicatis, & adductis, similis memoriae Urbanus Papa VIII. etiam Praedecessor Noster memoratorum Pii IV., & Pii V. Praedecessorum vestigiis inhaerens, per suas die decima septima Septembris anni millesimi sexcentissimi trigentesimi quarti Pontificatus sui Duodecimo in forma Brevis pariter expeditas Literas, praevia, quoad inibi descripta capita, quamcumque facultatum, seu Indulgentiarum, ac viva vocis oraculorum desuper concessorum, & aliter emanatorum, quae iisdem Literis adverbarentur, revocatione, Motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione suis, deque Apostolica potestate plenitudine statuit, & ordinavit, quod de caetero perpetuis futuris temporibus Major Poenitentiarum, & ejusdem Poenitentiarum Regens, caeterique ejus Officiales, & Ministri pro tempore existentes, a particularium casuum, & negotiorum inibi expressorum concessione, commissione, & expeditione, quae alias nullae essent eo ipso, penitus cessare, & abstinere deberent.

Ab Urb. VIII iterum reformatas fuit auctoritas Poenitentiarie.

§.6. Adhuc tamen, & post hujusmodi particularem reformationem alia Romanorum Pontificum ad haec usque tempora viva vocis oracula facultates hujusmodi ampliantia, & respectively moderantia supervenerunt.

Ab aliis Pontificibus potestate plenitudine, & moderata fuit auctoritas.

§.7. Hinc nos Animarum salutem, & facultatum unicuique Officio, & Tribunali competentium ordini, & distinctioni, quantum nobis ex alto conceditur, consulere volentes, ac propterea Literarum Apostolicarum, & viva vocis oraculorum praefatorum multipliciter, varietatem, & immutationes sedula meditatione pensantes, nostrae Poenitentiarie, ac Majoris Poenitentiarum facultates, seligere, & selectas, caeteris exclusis compilare, & in unum redigere decrevimus, ut quousque facultates hujusmodi extendantur, ac quomodo, & in quibus casibus exerceri possint, & debeant, certe, prompte, & distincte sub unica, & omnium comprehensiva sanctione innotescant.

Causae hujus Constitutionis.

§.8. Omnium itaque, & singularum Literarum, & oraculorum hujusmodi, ac aliarum, & aliorum quaecumque sint, & si quae sint, tenores pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, ac falsis, & in suo robore, & statu permanentibus iis, quae in altera ex praefatis ejusdem Pii V. Praedecessoris Constitutionibus incipiunt: In omnibus super Ministrorum Poenitentiarie praefatae qualitate, numero functionibus, & officiis ordinata fuerunt, ac etiam salva semper Majoris Poenitentiarum facultate Romanorum Pontificum in quibuscumque particularibus casibus tametsi praesentes nostras literas non concessis, imo prohibitis, consulendi: itaut ipsi Majori Poenitentiarum de Romani Pontificis speciali mandato desuper viva vocis oraculo sibi facto procedere audenti, indubia fides debeat adhiberi: Motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestate plenitudine infra scriptas tantum facultates eidem Poenitentiarum, & Majori Poenitentiarum de caetero competere, ac in illa, & ab illo in hunc, qui sequitur modum, exerceri posse hac Nostra perpetuo validura Con-

Firmantur limitibus auctoritatis Poenitentiarie.

Constitutione, statuimus, atque decernimus.

Conceditur Majori Poenitentiarum plenam facultatem absolventi ab omnibus culpis, & censuris in utroque foro Regulae restitui vero in quibusdam casibus sub certis conditionibus.

§.9. Nostrum itaque, & pro tempore existentium Majori Poenitentiarum concedimus, ut omnes, & singulos cujuscumque qualitatis, dignitatis, & gradus Ecclesiasticos Saeculares, & cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti Regulares, necnon Laicos quoscumque utriusque sexus tam praesentes, quam absentes, ab omnibus, & quibuscumque culpis, criminibus, & excessibus quantumcumque gravibus, & enormibus tam publicis, quam occultis quomodocumque, & quomodoocumque commissis, & perpetratis, necnon ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque censuris, & poenis Ecclesiasticis praemissorum occasione latis, & per illos incurris, etiam in casibus nedom Superioribus Regularibus, & Ordinariis, sed etiam nobis, & Sanctae Sedi specialiter, ac etiam per literas, quae die Coena Domini quotannis pro vulgantur, reservatis injuncta semper iisdem pro modo culpe poenitentia salvari, & aliis, quae fuerint de jure injungenda absolvere, & absolvi mandare possit, & valeat. Regulares nimirum, a culpis, & censuris praemissis in utroque foro, & Ecclesiasticos Saeculares, necnon Laicos a praedictis culpis, & censuris in Foro conscientiae tantum. Eisdem vero Ecclesiasticos Saeculares, necnon Laicos tunc in utroque Foro absolvere, & absolvi mandare possit, quando agitur de excommunicatis, & suspensis a Sententia generali, vel speciali delegatorum, aliorumque Judicum, quorum Jurisdictione exspiraverit, seu etiam de illis, quorum absolutio per eosdem Judices, aut alios fuerit ad Romanum Pontificem, & ad dictam Sanctam Sedem remissa, seu pariter de iis, qui legitimum impedimento detenti praesentiam Judicum, vel illorum, qui eos excommunicaverunt, aut suspenderunt, aut alium, seu alios adire non poterunt.

De poenitentibus Romam causa consequenti indulgentias, vel absolutionem.

§.10. Ita tamen, ut praedicti a censuris ab homine latis, seu declaratis in utroque Foro, ut praefertur, absolventi, in suis congruis casibus respectively iudicato paruerint, & parti satisfecerint, vel quamprimum poterint, alioquin in eisdem censuras reincidant, satisfaciant: Eadem vero parte oblatam convenientem satisfactionem, quae tamen in Sententia, seu Decretis individuata non sit, irrationabiliter recusante, possit Major Poenitentiarum Judicis, coram quo censurarum causa pendet, conscientiam remittere, ut convenientem satisfactionem arbitretur, illaque per eum oblata, & per aliam partem irrationabiliter recusata, valeat adhuc firma remanente hujusmodi oblatione ad absolutionem procedere.

§.11. Romam quoque advenientes ab omnibus per quemcumque Judicem, vel alias quomodocumque, non tamen in Romana Curia nominatim promulgatis, seu alibi promulgatis, & in eadem Curia notoriis censuris, ad effectum dumtaxat, ut indulgentias, Sacra Urbis Loca Pia, ac religiose invistentibus concessas libere, & licite consequi valeant, itaut simul ac indulgentias praefatas consequuti fuerint, iisdem, quibus antea censuris constructi teneantur, absolvere, & absolvi mandare possit, & valeat. Quodsi censuris ab homine nominatim ligati pro absolutione Romam advenerint, sed pro illa obtinenda fuerint ad eorum Judices remissi,

& probabile mortis periculum in itinere pertimescunt, poterit Major Poenitentiarum ad congruum tempus ab ipso pro hujusmodi itinere, agendo arbitrandum, sub conditione, si hujusmodi periculum immincat, & cum reincidentia, si praefati idem periculum evaserint, in Foro conscientiae tantum absolvere, & absolvi mandare.

§.12. Nequeat tamen in ullis casibus publicis, qui in praefatis literis die Coena Domini legi consuetis continentur, etiam si Sedes Apostolica tunc vacaret, aut Romanus Pontifex propter infirmitatem, vel aliam causam ita fuisset impeditus, ut celeriter consuli non posset Principes, & alios Jus Imperii etiam Vicario nomine habentes, ac dominia, & Respublicas, seu Personas illorum, & illarum administrationem habentes, vel habere solitas, necnon Episcopos, & alios Superiores, Praelatos absolvere, & absolvi mandare.

De Principibus, & Praelatis.

§.13. Minusque possit etiam in occultis, etiam in Foro conscientiae tamquam S.R. Ecclesiae Cardinales, & alios cujuscumque qualitatis, status, gradus, conditionis, dignitatis, & praeminentiae fuerint, qui vivente Romano Pontifice de quopiam eligendo, vel excludendo tractaverint, suffragia inierint, ambitus, aut pacificationes fecerint, seu Sede Apostolica vacante in censuras, seu poenas in fel. recor. Gregorii Papae XV., & praefati Urbani VIII. etiam Praedecessorum nostrorum super electione Romani Pontificis pro tempore faciendi, decimo septimo Kalen. Septembris anno Incarnationis millesimo sexagesimo vigesimo quinto respectively emanatis Literis contentas, quomodolibet inciderint, absolvere, & absolvi mandare.

De iis, qui agunt de electione Romani Pontificis.

§.14. Nec pariter possit etiam in occultis etiam in Foro conscientiae tantum eos cujuscumque qualitatis, status, dignitatis, praeminentiae, & conditionis fuerint, qui astrologia judiciaria, vel alias per se, vel per alios de statu Republicae Christianae, sive de vita, aut morte Romani Pontificis pro tempore existentis, inquirentes, ejusdem Urbani Praedecessoris Pridae Kalen. Aprilis anno ejusdem Incarnationis millesimo sexcentesimo trigesimo primo contra illos editis literis contraveniant, absolvere, & absolvi mandare.

De Astrologis judiciariis.

§.15. Nec similiter valeat in casibus publicis, etiam in Judicium non deductis violatae Immunitatis, seu libertatis Ecclesiasticae ultra tenus absolvere, seu absolvi mandare.

De Violatori- bus Immunitatis Ecclesiasticae.

§.16. eos tantum Haereticos in Foro conscientiae dumtaxat, absque alia abjurazione coram Ordinario, aut Inquirentore faciendi, absolvat, seu mandat absolvi, qui cum nemine de suis haereticis loquuti sunt, & omnino sunt occultati, etiam si aliquos extrinsecos actus fecerint, ex quibus argui potuissent haeretici. Dummodo tamen ad eisdem actus quamvis de sui natura noscibiles, seu ad notitiam deducibiles, quantum ipsi sciant, & prout credunt, nullus advertit; Apostatas quoque a Fide Catholica, & Haereticos in eodem Foro conscientiae dumtaxat absolvat, seu absolvi mandat in iis solum casibus, in quibus necesse non est complices denunciare, quando nimirum iidem complices mortui, seu ex Regionibus palam infectis sunt, & in illis degunt: non tamen quando Complices Itali, vel Hispani, seu ex illis Regionibus essent, in

De Apostatis, & haereticis, occultis.



veniente, quotiescumque adfit rationabilis causa, licet periculum revelationis, seu scandalorum non immineret, vel non adesset, in Matrimonio tam contractis, quam contrahendis in Foro conscientie tantum; quoties vero affinitas hujusmodi post contractum Matrimonium supervenerit, ut debitum peti possit, in eodem conscientie Foro dispensare, & dispensari mandare possit, & valeat.

De impedimento crimini adulterii.

§.37. Super occulto impedimento criminis Adulterii, si fuerint cum fide data dumtaxat neutro machinante commissum, possit tam in contrahendis quam contractis Matrimoniis dispensare; Si vero crimen hujusmodi fuisset utroque, vel altero machinante patrum, possit dispensationem concedere, raro tamen, & quando necessitas postulerit ratione alicujus gravis imminenti periculi, quod prudentia Majoris Pœnitentiarii, re præsertim discussa in Congregatione, vel Signatura, arbitrandum erit.

De pluralitate terminorum, & proles.

§.38. Declaramus tamen, quod facultates præfate a nobis majori Pœnitentiario, & ejusdem Pœnitentiariæ Officio concessæ circa dispensationes Matrimoniales, locum habeant, etiam si gradus, & impedimenta hujusmodi multiplicia sint quacunque, & quantumque multiplicitate, volentes in Literis hujusmodi dispensationum Matrimonialium posse prolem, ubi opus erit, sive susceptam, sive suscipiendam, non tamen in adulterio conceptam, in foro conscientie tantum, legitimam decernere, necnon apponi clausulam Nulli &c. prout in hujusmodi materiis hæcenus ipsa Pœnitentiaria servare consuevit.

De votis simplicibus.

§.39. Vota simplicia quæcumque quomodolibet emissa, tamen si privato juramento confirmata, etiam castitatis, Religionis, visitationis liminum Sanctorum Petri, & Pauli de Urbe, Sepulchri Domini, & S. Jacobi de Compostella, possit idem major Pœnitentiarius in alia pietatis opera commutare, votorum implementum differre, ab illorum transgressionibus absolvere, & cum iis, qui Matrimonium contrahendo votum castitatis transgressi sunt ad licite debitum conjugale petendum dispensare, & respective commutari, differri, absolvi, & dispensari mandare semper in foro conscientie tantum possit, & valeat, consideratis causis commutationum, dilationum, absolutionum, & dispensationum hujusmodi, & adjectis clausulis, quæ opponere, iisque injunctis, quæ injungere hæcenus Pœnitentiaria laudabiliter consuevit.

De Divino Officio.

§.40. Super recitatione divini Officii, seu horarum canonicarum propter aliquam impossibilitatem, seu moralem difficultatem cum commutatione in alias preces, vel orationes, seu illarum injunctio facultatem habeat dispensandi.

De juramentis.

§.41. Juramenta quæcumque, in quibus exploratum erit, nullum cujusquam agi præjudicium, facultatem habeat in foro conscientie dumtaxat relaxandi.

De rebus male ablatis.

§.42. Quoad male ablata, vel retenta, quando Domini sunt incerti, & casus sunt occulti, partem aliquam delinquentibus pauperibus, si eorum qualitate, & necessitate pensatis, ita videbitur, remittere, seu condonare, vel remitti, seu condonari mandare possit; residuum vero pauperibus, vel in pia opera in locis, si fieri potest, ubi illa ablata, extorta, seu usurpata sunt, distribui, seu converti mandet.

§.43. Cum puellis, quæ Virgines non sunt, & dotes petunt, seu obtinuerunt a Confraternitatibus, aut aliis locis, vel dispensatoribus piis, quibus injunctum est, ut illis Virginibus tantum dent, seu distribuunt, in occultis, & in foro conscientie tantum, quatenus illæ in posterum honeste vivant, facultatem habeat dispensandi.

De Dotibus Virginum.

§.44. Dubia in materia peccatorum, seu forum pœnitentiale alias quomodolibet concernentia cum consilio Doctorum, & Theologorum suorum valeat declarare.

De dubiis.

§.45. Commissiones majoris Pœnitentiarii, etiam si committens, illis non dum presentatis, re integra desinat quomodocumque Pœnitentiarius existere, non expirent.

De Commissionibus.

§.46. Sede Apostolica vacante major Pœnitentiarius, ejusque Officiales ea tantum facere, & expedire valeant, quæ ad forum conscientie pertinent, in reliquis eorum Officium conquirent, & a quibuscumque Matrimonialibus, & aliis dispensationibus, ac absolutionibus, & declarationibus, necnon quibusvis aliis expeditionibus forum fori mixtum, vel separatum quomodolibet respicientibus, omnino abstineant.

De Apostolica Sede vacante.

§.47. Quotiescumque Procuratores, & Scriptores Pœnitentiariæ secreta aliqua mala valitudine detinentur, vel ex aliqua legitima causa major Pœnitentiarius expedire judicaverit, possit alios in eorum locum durante infirmitate, seu causa subrogare, seu substituere præfatis solo juramento, & cum iisdem obligationibus, quibus alii Procuratores, & Scriptores titulati adstringuntur.

De Procuratoribus, & Scriptoribus Pœnitentiariæ.

§.48. Nullus minor Pœnitentiarius trium Basilicarum Urbis possit admitti, seu recipi ad Officium, nisi prius a majori Pœnitentiario, ac Pœnitentiariæ Congregatione, seu Signatura fuerit examinatus, & approbatus, & postquam admittitur fuerit, nequeat sine ejusdem licentia discedere, seu dimitti, idemque servetur quoad minores Pœnitentiarios Lauretanos, quibus, & aliis supradictis major Pœnitentiarius possit facultatem ad libitum concedere, & restringere, & quorum examen possit in absentia etiam Episcopo in partibus sibi benevisis, committere.

De Minoribus Pœnitentiariis.

§.49. Omnibus Christianis fidelibus, qui ex veteri, & laudabili Instituto Pœnitentiarii majorem munere suo statutis diebus in hebdomada majori solemniter fungentem pie, reverenterque adierint, seseque pœnitentiarii virga tangendos submiserint, centum dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxandi perpetuam facultatem eidem majori Pœnitentiario confirmamus, & quatenus opus sit de novo concedimus.

De adeuntibus Pœnitentiarii Majoris.

§.50. Decernentes præfatas Literas, etiam ex eo, quod major Pœnitentiarius, ac præfate Pœnitentiariæ Regens, & Officiales prædicti, ac alii quicumque in præmissis quomodolibet interesse habentes, seu habere prætendentes eisdem præmissis non consenserint, aut vocati, seu auditi non fuerint, aliaque quavis de causa quantumvis legitima, & juridica de ullo subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, redargui, retractari, in jus, vel controversiam revocari nullatenus possit, sed semper, & perpetuo validas firmas, & efficaces existere, & a majori Pœnitentiario, Regente.

Clausula.

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex Curie Agri Domini more diligentis patris familias indefinenter invigilans, ut juxta verbum propheticum noxia evellat, & destruat, utilia vero plantet, & ædificet, ea etiam, quæ alia rationabilibus tunc suadentibus causis a Sede Apostolica concessa fuerunt, ex aliis validioribus, seu superveniens rationibus, quibus præsertim faciliori, ordinario, & juridico justitiæ cursui in Romana Curia cæterarum Magistræ uberioribus consultiur, ad viam juris reducere, moderari, immutare, & revocare non desinit, & in his sollicitudinis suæ studium interponit, quando, & prout in Domino conspici salubriter expedire.

Procedimus.

§.1. Hinc est quod Nos sedula meditatione pensantes privilegia privativarum, seu cumulariarum jurisdictionum, etiam cum facultate propriis, seu benevisis Notariis habendi, seu deputandi, quampluribus præfate Curie particulariter institutis Judicibus, seu Tribunalibus a Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, aliquorum seculorum spatio concessa, ita paulatim quidem, sed in immensum excrevisse, ut Judicium, & Tribunalium Ordinariorum jurisdictionum magnopere decreverit, & super hujusmodi jurisdictionum consensu, & Judicium competentia irrequentes contentiones, expeditam causarum terminationem cum litigantium damno, & Causidicorum incommodo differentes irriterint, ac propterea inter alia, quæ circa eandem Curiam emendanda, reformanda, & rectius ordinanda suscepimus, quantum Nobis ex alto conceditur, hujusmodi absurdum occurrere, ac præfate Curie, ejusque Judicium, & Tribunalium majori decori, & ordini, sicut Justitiæ ratio, & publica utilitas postulant, hac nostra speciali Constitutione prospicere volentes, motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, necnon de nonnullorum dilectorum filiorum ejusdem Curie Prælatorum, & virorum pietate, & doctrina, prudentia, & rerum usu præstantium ad hunc effectum de mandato nostro pluries congregatorum consilio, omnia, & singula hujusmodi particularia Tribunalia, & speciales Judices vigore privilegiorum præfatorum in eadem Curia hæcenus constituta, seu constitutos, tenore præsentium penitus, & omnino suppressimus, abolemus, & abrogamus, ac propterea ad viam Juris reducimus omnia, & singula indulta, facultates, & privilegia habendi, seu deputandi tam in prima, quam in ulterioribus instantiis omnes prædictos particulares Judices quocumque nomine nuncupatos, ac etiam Assessores Congregationibus etiam S.R.E. Cardinalium, Ecclesiis, & Basilicis, etiam Patriarchalibus, Monasteriis, & Abatiis, Collegiis etiam Nationalibus, etiam sub cura, & administratione Presbyterorum, seu Clericorum Regularium Societatis Jesu existentibus, Archiepiscopalibus, & Hospitalibus, etiam Sancti Spiritus in Saxia, & Neophitorum, Archiconfraternitatibus, Confraternitatibus, etiam Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis, Montibus,

Causæ hujusmodi.

Abolitio prædicta motu proprio facta.

Revertuntur ad jus commune omnes facultates deputandi dictos Judices.

gente, & Officialibus prædictis, aliisque, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari: sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de Late-re-Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, ubique judicari, & diffiniri debere; irritum quoque, & inane quicquid secus super omnibus, & singulis præmissis, vel circa ea a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.51. Non obstantibus præmissis, & aliis quibuscumque Constitutionibus, & Ordinatio-nibus Apostolicis, & dictæ Pœnitentiariæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus quibuscumque, ac quibusvis viva voce oraculis, privilegiis, indultis, & Literis Apostolicis ejusdem Pœnitentiariæ Officio, illiusque majori Pœnitentiario, ac Officialibus, & Ministris, & quibusvis aliis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, & Decretis in genere, vel in specie, etiam Motu proprio, & alias quomodolibet per prædecessores nostros Romanos Pontifices, ac etiam nos concessis, innovatis, confirmatis, & approbatis.

§.52. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alias expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma adhuc servanda foret tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, iisdem præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, ad effectum præsentium, illis alias in suo robore permansuris, harum serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.53. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum compilationis, concessionum, prohibitionum, Decretorum, Statuti, voluntatis, declarationis, confirmationis, derogationis, aliorumque præmissorum infringere, eique asu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo tertio nonas Septembris Pontificatus nostri Anno Secundo.

XXXII.

Dat. 17. Sept. 1692. An. 2.

Abolentur omnia Tribunalia, & Judices particularia cum suis facultatibus.

Præcedenti Constitutione extat reformatio facultatum Majoris Pœnitentiarii. Et Const. ed. 1692. Nov. 18. P. 2. alia facultatum Tribunalis vi-vum.



bus, etiam Pietatis, Monasteriis, etiam Mulierum poenitentium, Ordinibus, Congregationibus, & Institutis, etiam Societatis Jesu, Curis, & Judicibus etiam Burgi, & Arce sancti Angeli, Militis, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, quibuscumque Universitatibus, & consulationibus etiam Artium, Conservatoriis, Domibus piis, etiam Alme Domui Lauretanae, Capellis, etiam ad Praesepe Jesu Christi, & Imaginis Beatae Mariae Virginis in Basilica sanctae Mariae Majoris, Altaribus, ceterisque aliis locis Piis quocumque pariter nomine nuncupatis, seu Cardinalibus, eorum Protectoribus, Archipresbyteris, Abbatibus, Vicariis aliisque Administratoribus quibuscumque, ac Praefectis, etiam Palatii nostri Apostolici in quibusvis Causis civilibus, criminalibus, aut mixtis, activis, & passivis distarum Ecclesiarum, Locorum Piorum, aliorumque supra, necnon eorum Officialium, dignitatum, Canonicorum, Beneficiatorum, Affictuariorum, Emphyteutarum, Colonorum, aliorumque quomodolibet inservientium iisdem Locis Piis, illorumque bonis, & Tenentis etiam cum quibusvis facultatibus, & auctoritatibus eligendi Notarios sibi beneficos, ac procedendi summarie, de plano, sola facti veritate inspecta, sine strepitu, & figura Judicii, manu Regia, ac quacumque appellatione, reclamacione, recurfu, revisione, supplicatione, seu restitutione in integrum remotis, seu cum aliis similibus, aut majoribus facultatibus, etiam per Nos, & quoscumque Romanos Pontifices praedecessores nostros, sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, & cum quibuscumque etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis Decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, ac consistorialiter, vel ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Rempublicarum, & Principum quorumlibet preces, & instantiam, seu eorum contemplacione, & intuitu, ac etiam in limine fundacionis, seu ex quacumque causa, non tamen vere onerosa videlicet congruae, & effectiva solutionis Camere nostrae legitime factae, & non alias, vel pro bono publico spirituali, aut temporali, etiam ex causa fluidi, aut Catholicae Fidei, ac alias quomodolibet in contrarium praemissorum concessa, confirmata, & approbata, ac pluries, & quantificumque vicibus innovata, quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogacione de illis, eorumque totis tenoris, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita, & certa forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, causas & occasiones, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, servatis, & specificatis respective habentes, perinde, ac si praefata indulta, facultates, & privilegia concessa, confirmata, & innovata non fuissent, ad effectum praesentium specialiter, expresse, plenissime, & amplissime derogamus, & derogatum esse volumus, & mandamus.

Excipiuntur facultates ex causa vere onerosae.

Revoquantur ad praesentium Artium facultates, Vicarii

§.2. Iisdem pariter modo, & forma, & quacumque indulta, facultates, & privilegia dilecto filio nostro, ac pro tempore existenti in Urbe,

ejusque districtu Vicario in spiritualibus Generali sub quibusvis formis, Decretis, clausulis, aliisque supradictis per quoscumque Romanos Pontifices praedecessores nostros, & praesertim per fel. record. Clementem Papam X. etiam praedecessorem nostrum quibusdam suis Praedice Idus Augusti Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo septuagesimo primo, expeditis literis concessa ad statum, in quo erant ante literas pie memoriae Pauli V. pariter praedecessoris nostri Kal. Martii anno ejusdem Incarnationis millesimo sexcentesimo undecimo super reformationem Tribunalium Urbis editas, & respective juxta easdem literas in Judicialibus reducimus.

Generalis in Urbe.

§.3. Liceat tam Judicibus, ut supra supprellis, & abrogatis, qui vigore privilegiorum ut praefertur, processerunt, causas coram iisdem hactenus jam instructas, seu alias legitime contestatas, praedictis non obstantibus, per totum Mensem Decembris proxime venturi, prout juris fuerit, expedire, itaut eo tempore elapso hujusmodi cause ad Judices Ordinarios, & competentes Romanae Curiae in statu, & terminis ipso facto devolvantur.

Permittitur expeditio causarum instructarum, seu contestatarum.

§.4. Quod si hujusmodi causis interim expeditis appellari, reclamari, supplicari, recurri, aut restitui in integrum peti contigerit, appellationes hujusmodi, reclamaciones, supplicationes, recursus, & restitutiones in integrum petitiones non amplius ad Tribunalia antiquorum privilegiorum, sive ad Protectores, Archipresbyteros, aliosque, ut supra, sed ad signaturam Justitiae, & respective ad suos Superiores, & Ordinarios, prout in ceteris causis per Judices Ordinarios expeditis servatur, devolvantur, & devolute sint, & esse censentur.

Minime vero earum appellationum, reclamacio, &c.

§.5. Similiter etiam in casu appellationum, reclamacionum, supplicationum, recursum, ac restitutionis in integrum petitionum a sententis, & Decretis Judicum per eosdem privilegiatos extra Curiam praefatam deputatorum, seu deputandorum in posterum interponendarum, eadem appellationes, reclamaciones, supplicationes, recursus, ac restitutiones in integrum petitiones non amplius ad supranominatos cujuscumque dignitatis etiam Cardinalitiae sint, qui etiam ratione Episcopatum, Guberniorum, Abbatiarum, Commendarum, aut alio quovis titulo, vel privilegio hujusmodi jurisdictionem tum in committendo, tum in decernendo, vel in judicando usque ad praesens in Urbe ipsa, vel alias exercuerunt, sed ad Judices Ordinarios, & competentes, ejusdem Romanae Curiae devolvantur indifferenter, & pari modo sicuti in ceteris causis per alios Judices de partibus expeditis servatur; nulla habita ratione privilegiorum, & antiquarum facultatum.

De facultate eligendi Judices secundarum, & aliarum instantiarum.

§.6. Habentes autem facultatem eligendi in partibus Judicem, secundarum instantiarum, teneantur illum ibidem per unicam, & universalem deputationem ad omnes hujusmodi causas constituere; & si vel super recusacione, vel super modo procedendi coram dicto Judice deputato emergat controversia, ad Signaturam Justitiae, prout in ceteris causis, & negotiis fieri solet, recurratur. In tertiis vero, seu ulterioribus instantiis eo modo, quo in causis appellationum a Judicibus de partibus ad Romanam Curiam,

legi.

legitime devolutarum procedi solet observetur.

De facultate Consulatus Artium, & Universitatum.

§.7. Quoad Consulatus Artium, & Universitates etiam Medicorum, & Mercatorum, sublati omnibus Affectibus, & abrogata in judicialibus quacumque Consulatum, & Universitatum jurisdictione, itaut eorundem, & eorundem jurisdictione, ex nunc etiam quoad causas instructas, penitus, & omnino cessare debeat, & cessasse intelligatur, succedant, & procedant competentes Judices Ordinarii juxta eorum ordinarias facultates, nulla ut supra habita ratione privilegiorum, & antiquarum facultatum, inter quos sit locus praeventioni, adhibitis, quatenus Judicibus ipsis opus videatur iisdem Consulibus solummodo tanquam peritis in rebus, & negotiis eorum artem concernentibus. Excipiunt tamen, & sub praesenti nostra Constitutione comprehensos esse nolumus tum Consules Agriculture, illorumque Affectorem, tum Notarios Curiae Burgi, Mercatorum, & Aromatariorum pro eorum Officium titulo oneroso acquisitis, seu administratis, donec aliter provideatur.

De Notariis respectu Locorum Piorum.

§.8. Ad haec Basilicae Collegia, Hospitalia, ceteraque memorata Loca Pia, quae ex concessione Apostolica, vel inveterata consuetudine electionem, & usum proprii Notarii in primis, vel ulterioribus instantiis habebant, & in posterum in causis, in quibus agatur de vero, ac proprio interesse distarum Ecclesiarum, & Locorum Piorum, non teneantur ad aliquam solutionem extractus, seu Regestri, sed Notarii quorumvis Tribunalium debeant in dictis Causis, & in qualibet instantia consicere Instrumentum Actorum prout jacent, nihilque ab eis ultra quartam partem ejus mercedis, quae solvenda esset pro extractu, seu Regestri pro dicto Instrumento actorum sub quovis praetextu etiam excessivitate scripturae, petere, vel exigere valeant.

Exceptio quarundam facultatum.

§.9. Postremo declaramus, per praesentes nostras literas nullatenus ademptam esse Cardinalibus Archipresbyteris, titularibus, seu Protectoribus, eorumque Vicariis, aliisque deputatis facultatem, seu jurisdictionem in iis, quae servitium Ecclesiae, seu Loci Pii, circa tamen disciplinam Ecclesiasticam, & morum correctionem dumtaxat concernunt, minusque sub iisdem praesentibus Tribunalia Camerae Apostolicae, Legatum Avenionensem, Judicem Fabricae Sancti Petri, neque ipsas Congregationes in solito Liberulo, seu Elencho Congregationum, ac Tribunalium Urbis descriptas comprehendunt.

Clausula.

§.10. Decernentes easdem praesentes literas & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo, quod omnes, vel singuli supradicti, ac alii quicumque in praemissis quomodolibet jus, vel interesse habentes, seu habere praetendentes cujusvis status, gradus, ordinis, praerogativae, vel dignitatis, seu alias specifica, & individua mentione, & expressione digni existant, iisdem praemissis non consenserint, nec ad ea vocati, seu auditii fuerint, tamen si suorum Indultorum, vel privilegiorum vigore consentire, seu vocari femel, vel pluries quomodolibet debuissent, aut ex alia quantumvis juridica, & privilegiata causa, colore, praetextu, & capite, etiam in corpore Juris clauso, ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vi-

tio, aut intentionis nostrae, vel interesse habentium consensus, alioque quolibet, etiam quantumvis magno, ac formali, & substantiali defectu notari, impugnari, infringi, in controversiam revocari, ad terminos Juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis, in integrum aliudve quodcumque juris, facti, vel grauae remedium intentari, vel impetrari nullatenus posse, sed semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, debere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit inviolabiliter observari.

§.11. Sic, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos quavis auctoritate, praerogativa, aut potestate fungentes, & funducros, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, sublati eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.12. Non obstantibus omnibus, & singulis praemissis, & quatenus opus sit nostra, & Cellariae Apostolicae Regula de Jure quaesito non tollendo, & pariter quatenus opus sit rec. mem. Pii Papae IV. similiter praedecessoris nostri de gratis quaecumque interesse Camerae Apostolicae concernentibus in dicta Camera intra certum inibi praescriptum tempus praesentandis, & registrandis, itaut praesentes in ea praesentari, & registrari nullo unquam tempore, vel modo necesse sit, necnon aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Urbis nostrae, distarumque Ecclesiarum, omniumque, & singulorum supradictorum quibusvis, etiam juramento, vel alias quavis firmitate sub quibuscumque verborum tenoribus, formis, clausulis, Decretis, aliisque supradictis in contrarium praemissorum roboratis, seu confirmatis, & innovatis statutis, ac usibus, styliis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, quibus pariter modo, forma, & tenore praemissis, ad effectum praesentium, illis alias in suo robore permanentibus, amplissime, ut praetertur, derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.13. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum suppressionis, abolitionis, abrogacionis, reductionum, derogacionum, voluntatis, mandati, declarationis, & Decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus de se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo XVII. Sept. Pontificatus nostri Anno Secundo.

XXXIII.

Extenditur senarius numerus Magistrorum Fratrum Eremitarum Sancti Augustini Mexicanae Provinciae ad duodenarium.

D. 18. Sept. 1692. An. 22

Idem factum legitur pro Provinciae Baeticae Consis. M 11 ed. 1692.